



CAPUT II.
REVELATIONES ANTIQUI ET NO-
VI FOEDERIS.

I. Duæ fuerunt Revelationum divinarum epochæ: *una*, quæ ab exordio generis humani cœpta, per Mosen certius stabilita, perque posteros in gente Judaica prophetas continuata ad tempora usque Jesu Christi sola stetit; hanc excepit *altera* per Jesum Christum, quem modo diximus, atque Apostolos divulgata et propagata.

II. Utraque revelatio litteris maximam partem consignata, in veteris ac novi Testamenti libris continetur, et S. Scripturæ nomine decoratur. Nec immerito: — Sunt enim utriusque foederis libri historica fide *dignissimi*, hodieum *incompacti* et a viris *divinitus inspiratis* conscripti.

III. Intuitu materiæ tota Scriptura Sacra commode distinguitur in libros *legales*, *sapientiales*, *propheticos* et *historicos*.

B 4

IV.